

Quomodo di-  
catur deo con-  
tristari.

ro computare non debeat aliquis in malis acti-  
bus nostris contristari. Dicitur autem deo tri-  
stari non ita quod passio tristitie habeat in eo  
locum: apud quem per simplicitate et incom-  
mutabilitate nature sive ut testatur apostolus. non est trans-  
mutatio nec vicissitudinis obubratio: sed con-  
tristari hic et in multis locis sacre scriptu-  
re dicitur per similitudinem: quod ad modum tristitatis  
se habet ad homines peccatores: illos videlicet bo-  
nis privando et exponendo tormētis. Et hoc  
est quod sanctus patrum subiungit dicens (Ita. n. ei omni tempore  
de bonis suis in nobis parandum est ut non solum  
ut iratus per suos non aliquos filios exheredet  
sed nec ut metuendus dominus irritatus malis no-  
stris ut nequissimos seruos perpetuas tradat  
ad penam quam eum sequi noluerint ad gloriam.

Sequitur in prologo.

Exurgam ergo tandem aliquando exerci-  
tate nos scriptura ac dicente: Hora  
est iam nos a somno surgere. Et aptis  
oculis nostris ad deificum lumen: attoni-  
tis auribus audiamus divina quotidie  
claman quod nos admoneat vox di-  
cens: Hodie si vocem eius audieritis, no-  
lite obducere corda vestra, et iterum: Qui  
habet aures audiendi, audiat quod spiritus di-  
cat ecclesiis; et quod dicit: Venite filii, audi-  
te me: timorem domini docebo vos. Cur-  
rite dum lumen vite habetis, ne tenebre  
mortis vos comprehendant. Et querens  
dominus in multitudinem populi sui (cui hec cla-  
mat) operarium suum iterum dicit: Quis  
est homo qui vult vitam et cupit videre dies  
bonos? Quod si tu audieris respondeas: ego  
dicit tibi deus. Si vis habere veram et perpe-  
tuam vitam: prohibe linguam tuam a malo et  
labia tua ne loquantur dolus. Diuerte a  
malorum factu bonum: iure pacem et sequere eam  
Et cum hec feceritis oculus mei super vos  
et aures mee ad preces vestras. Et antequam  
me invocetis dicam: ecce assus. Quid  
dulcius nobis hac voce domini invitantis  
nos fratres carissimi? Ecce pietate sua  
demonstrat nobis dominus viam vite.

Tracta. ij. D. car. q. deus multipliciter  
nos ad se inuitat.



Exurgam ergo etc. Hic ponit  
tertia causa quam discipulum habet red-  
dit benivolentem ad audiendam do-  
ctrinam quam sumit ex parte suavitatis  
divine pietatis nos ad hoc  
per scripturam suam misericorditer inuitat: di-  
cit ergo (Exurgam ergo tandem aliquando exci-  
tante nos scriptura atque dicente. Ro. xij.  
(Hora est iam nos de somno surgere. Et ap-  
tis oculis nostris ad deificum lumen). i. christus qui est  
lux vera illuminans omnem hominem venientem in hunc  
mundum. io. j. (Et attonitis). i. intetis (auri-  
bus Audiamus. s. ea que divina quotidie cla-  
mant nos ammonet vox dicens) Inducit autem  
sanctus per benedictus septem auctoritates in quibus  
clementissimus deus noster nos mise-  
ricorditer ad se inuitat et viam ad se perveniendi  
demonstrat. Prima est illa. psal. xciiij. (Hodie  
si vocem eius audieritis nolite obdurare  
corda vestra) sed. s. emolite et flectite ad verba  
mea: sensus est non sitis duri et rebelles sicut  
fuerunt filii israel in deserto. Ubi nota quod mul-  
ti indurant corda sua intantum ut nec igne di-  
vini amoris liquefieri nec malleo divine co-  
minationis frangi: nec aqua divine largitatis  
possunt emoliri: de quorum duritia dominus queri-  
tur dicens: Induraverunt facies suas supra  
petram et noluerunt reverti. Jere. v. Segur  
) Et iterum) Secunda auctoritas est illa apoca. ij.  
(Qui habet aures audiendi audiat). s. obediendo  
(quod spiritus dicat ecclesiis) Multi habent au-  
res et non audiunt quod spiritus dicat ecclesiis:  
Isa. xlij. Quis cecus nisi ego? meus? Et quis  
surdus nisi ad quem misi nuncios meos? ps.  
cxxxij. Aures habent et non audient: gl. deum ad  
ipsum clamant. Inde subiungit (Et quod dicit)  
Tertia auctoritas est illa: ps. xxxij. (Venite  
filii audite me: timorem non mundi non hominis sed  
domini docebo vos) glo. que est initium sapientie  
Matth. x. Nolite timere eos qui corpus occi-  
dunt animam autem non possunt occidere: sed potius eum  
timete qui potest animam et corpus in gehennam perdere.  
Quarta auctoritas est illa: Jo. xij. (Currite). s. ad christum (dum lumen vite habetis ne  
tenebre mortis vos comprehendant) Quinta  
auctoritas est illa eiusdem psal. (Quis est homo qui  
vult vitam) glo. eternam (Et cupit videre dies  
bonos). i. dies eternitatis de quibus: ps.  
Logitavi dies antiquos et annos eternos in  
mente habui: dies presentis vite non sunt boni di-

Roma. xij

Psal. xciiij

Apoca. ij.

psal. xxxij.

Joannis. ij

psal. xxxij.

Esa. lrv.

De quorundam  
cordis duri-  
tia.

Aures habentes  
non audiunt.

Timor domini.

Dies vite hic  
mali.